



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

CXLVII. Joannes XIX. Anno Christi 1024. Conradi II. Reg. I. Basil. Et Const.
49.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

1197. *Quod verò asseritis, vos ita canere Symbolum, quoniam alios in istis partibus vobis priores audistis cantasse, quid ad nos? Nos enim id ipsum non cantamus, sed legimus, & legendo docere, nec tamen legendo aut docendo addere quidquam eidem Symbolo inferendo presumimus.* Multa huc spectantia Edmundus Materne Lib. 1. De antiquis Ecclesiæ Ritibus cap. 4. art. 5. §. 11.

(4) Leo Ostiensis lib. 2. Chron. Casin. cap. 46. & cap. 84. inter Scriptores rerum Italicarum tom. 4. pag. 368. & 401.

(5) S. Petrus Damiani epist. 9. ad Nicolaum II. & in vita S. Odilonis Abb. Cluniac. cap. 11. apud Bollandum tom. 1. Januar. pag. 75. *Benedictus VIII. piis ejus sanctorumque fratrum precibus & tartarei cruciatus evasit interitum, & cum beatis Civibus quieturus superna Hierusalem meruit ingressum.*

CXLVII.

JOANNES XIX.

ANNO CHRISTI 1024.

CONRADI II. REG. I. BASIL.
ET CONST. 49.

JOANNES XIX. cognomento Romanus, frater Benedicti VIII. largitione pecunia repente ex laicali ordine Neophytus

Bar. an. *phylus constitutus est Praesul Ecclesiae*
 1024. §. *Catholicae, anno 1024. post diem*
 3. 4. 5. 7. *seximum Junii. (1) Eo regnante no-*
 Pag. §. 1. *vum jus tentatum à Græcis, ut cum*
 2. 3. *consensu Romani Pontificis liceret Eccle-*
siam Constantinopolitanam in suo Orbe,
sicuti Romana in universo, universalem
dici & haberi. Qui statim miserunt,
qui deferrent multa ac diversa donorum
xenia Romam, tam Pontifici, quam
cæteris, quos suæ parti favere conspu-
rent. Sed nequaquam impetrarunt,
quod volebant. Non enim potest falsi
summa Veritas, qua respondit: Porta
inferi non prævalebunt adversus
eam. (2) Inde pristina revixit inter
Græcam & Latinam Ecclesiam dis-

Bar. an. *cordia. Post hæc Joannes Contra-*
 1027. §. 1. *dum Regem cognomine Salicum, cui*
 Pag. §. 2. *in Italiam venienti Comum usque*
 Bar. an. *occurrerat, magno apparatu, Impe-*
 1033. *ratores solemniter constituit ipso*
 §. 3. *Die Dominicæ Resurrectionis. Mor-*
 Pag. §. 4. *te absumptus est anno 1033. post*
annum Pontificatus nonum.

ANNOTATIONES.

(1) Glaber Rodolphus lib. 4. cap. 1. inter
 Scriptores Historiæ Francorum Duches-
 nii tom. 4. pag. 41.

Baro

Baronius ad an. 1024. §. 4. *Ex his conspice, quam enormiter errent, qui dicunt, hunc ex Episcopo Portuensi creatum Pontificem.* Hic primus nullis Ordinibus sacris initiatus Pontificium munus suscepit.

(2) Glaber citatus pag. 40.

CXLVIII

BENEDICTUS IX.

ANNO CHRISTI 1033.

CONRADI II. IMP. 7. ROMANI
ARGYRI 6.

BENEDICTUS IX. Alberti Comitis Tusculani filius, nepos scilicet duorum Benedicti VIII. atque Joannis XIX. qui ei precesserant, puer ferme decennis, intercedente thesaurorum penuria electus à Romanis, anno 1033.

Bar. an.

1033.

§. 57.

Pag. 9. 4.

Pontificatum obtinuit. (1) Hunc Ecclesia studio pacis tanquam Pontificem legitimum coluit: expulsūque à Romanis Conradus Imperator in pristinam dignitatem restituit.

Bar. an.

1038. §. 1

Pag. 9. 2.

Eundem, ut consuleret Reipublicæ Polonorum, ducendæ uxoris potestatem fecisse Casimiro Misesconis II. Poloniae Regis filio, vitæ monasticæ

Bar. an.

1041.

§. 3.

Pag. 9. 5.

votis